



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 34. Cleri Gallici querelæ de imperatis sibi decimis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

necabuntur. Alieni a fide Christiana La- Sæcul. XIV.  
 tinorum regna invadent: flagellum An- A. C. 1356.  
 glorum aggravabitur, donec omnes regni  
 partes perculerit. A jebam id publice  
 abhinc annos viginti & amplius: ideo  
 infanus habebam. Ad Ecclesiæ reditus  
 quod attinet: quamprimum perdentur:  
 Clero eos adiment populi, & vix relin-  
 quent, unde vivat. Romana curia ex  
 urbe cumalata vitiis Avenione aufugiet,  
 antequam sex anni effluerint. Videbi-  
 mus falsitatem adscripti temporis: & ec-  
 ce specimen oraculorum fratris Joannis  
 Rupicæsii!

## §. XXXIV.

*Cleri Gallici querelæ de imperatis  
sibi decimis.*

Rex Joannes bello Anglorum pressus  
 premebat suam gentem tributis, Cle-  
 rumque ipsum decimis. Papa Innocen- M. VIII. 16.  
 tius illi hanc in sententiam scripsit: Ro- c. 18.  
 manam ad Curiam delatæ sunt querimo- Rayn. 1356.  
 niæ, quod e Ministris tuis aliqui Cle- n. 5.  
 rum regni tui ad solvendam reditus an-  
 nui decimam compellere velint, præte-  
 xentes consensum pauculorum Præsu-  
 lum, quibus reliqui nullam dederant po-  
 testatem; præterquam quod id eis non  
 liceret sine permisso Supremæ Sedis.

K. 4.

Insu-



Sæcul. XIV  
A.C. 1356  
Infuper hæc decima tam duriter exigi fertur, ut, si quis eandem non pendat seu inopia, seu religione impeditus, tui Prætores ejus bona occupent, ac tibi tradant, ita, ut Clerici sic vexati, & vitæ subsidiis destituti templa & beneficia sua relinquere cogantur.

Finit exhortando Regem, ut res tam indignas omitti jubeat, audiatque monita duorum Cardinalium ipsius Nunciorum Talerandi Episcopi Albanensis, & Nicolai Capochii. Dabat 3 Septembris: ac die lunæ 19 ejusdem mensis Rex Joannes captus est in proelio Pictaviensi, ad quod Valliæ Principem adegerat; etsi summopere repugnabant duo Nuncii ad pacem conciliandam missi. Rex captivus Burdigalam, & inde in Angliam vehebatur.

*Froiss. l. x.*  
*c. 161. 164.*  
*165.*

*Rayn. n. 7.*

## §. XXXV.

*Creantur Cardinales.*

Sub finem hujus anni, scilicet die Veneris 23 Decembris Papa Innocentius decrevit sex Cardinales. Primus erat \* de la Forêt Petrus \* Sylvius tunc Archiepiscopus Rothomagensis, & Franciæ Regis Cancellarius. Natus in Cenomania post humaniores litteras & Philosophiam didicit Jus tam Civile, quam Canonicum, quod Aureliæ & Andegavi cum nominis cele-

*Vita l. 1.*  
*p. 331.*  
*not. p. 931.*